

**10. De octavo praecepto legis**

&lt;XXVIII Octavum praeceptum&gt;

„Non loqueris contra proximum tuum  
falsum testimonium.“ (Exod. XX,16)

**1300.** – Prohibuit iam Dominus, quod nullus iniurietur proximo suo opere; nunc autem praecipit quod non iniurietur verbo; et hoc est: „Non loquaris contra proximum tuum falsum testimonium“. Hoc autem potest esse dupliciter: vel in iudicio, vel in communi locutione.

**1301.** – In iudicio autem tribus modis, secundum quod tres personae possunt facere contra hoc praeceptum.

Prima persona, scilicet accusantis falso. *Lev. XIX,16*: „Non eris criminator nec susurro in populo“. Et nota, quod sicut non debes dicere falsum, ita non debes tacere verum. *Matthi. XVIII,15*: „Si autem peccaverit in te frater tuus, vade, et corripe eum“.

**1302.** – Item persona testificantis mentiendo. *Prov. XIX,5*: „Testis falsus non erit impunitus“. Hoc enim praeceptum includit omnia praecedentia: quia aliquando talis est homicida, aliquando fur et cetera. Debent autem isti puniri poena, de qua dicitur [...], *Prov. XXV,18*: „Iaculum et gladius et sagitta acuta homo qui loquitur contra proximum suum falsum testimonium“.

**1303.** – Item persona iudicis male sententiando. *Lev. XIX,15*: „Non iniuste iudicabis. Non consideres personam pauperis, nec honores vultum potentis. Iuste iudica proximo tuo“.

**1304.** – In communi locutione peccant aliquando contra hoc praeceptum quinque genera hominum.

Scilicet detractores. *Rom. I,30*: „Detractores Deo odibiles“. Dicit enim, „Deo odibiles“, quia nihil est ita carum homini sicut fama. *Eccle. VII,2*: „Melius est nomen bonum quam unguenta pretiosa. *Prov. XXII,1*: „Melius est nomen bonum quam divitiae multae“. Detractores autem auferunt hoc. *Eccle. X,11*: „Si mordeat serpens in silentio, nihil eo minus habet qui occulte detrahit“. Unde si famam non restituant, salvari non possunt.

**10. Das achte Gebot des Gesetzes**

&lt;XXVIII Das achte Gebot&gt;

„Du sollst kein falsches Zeugnis geben  
wider deinen Nächsten.“ (Ex 20,16)

**1300.** – In den vorigen Geboten hat der Herr untersagt, dem Nächsten durch die Tat Unrecht zu tun; in diesem Gebot verbietet er, sich durch das Wort gegen ihn zu vergehen. Das besagt: „Du sollst kein falsches Zeugnis geben wider deinen Nächsten.“ Auf doppelte Weise kann man gegen dieses Gebot fehlen: vor Gericht und in der alltäglichen Rede.

**1301.** – Drei Personen vergehen sich vor Gericht dagegen:

Erstens der falsche Ankläger: „Du sollst kein Verleumder noch Ohrenbläser unter deinem Volke sein“ (*Lev 19,16*). Wie man nichts Falsches aussagen darf, so darf man auch nichts Wahres verschweigen. „Hat dein Bruder wider dich gesündigt, so geh hin und stelle ihn unter vier Augen zur Rede“ (*Mt 18,15*).

**1302.** – Zweitens der lügenhafte Zeuge: „Ein falscher Zeuge bleibt nicht ungestraft“ (*Spr 19,5*). Das achte Gebot schließt alle vorhergehenden Gebote in sich. Denn bald ist der falsche Zeuge zugleich auch ein Mörder, bald ein Dieb und so fort. Ihn muß die verdiente Strafe treffen. [...] „Geschoß und Schwert und spitziger Pfeil ist der Mensch, der falsches Zeugnis redet wider seinen Nächsten“ (*Spr 25,18*).

**1303.** – Drittens der ungerechte Richter: „Du sollst nicht ungerecht richten; du sollst nicht ansehen die Person des Armen und das Angesicht des Gewaltigen nicht ehren. Gerecht sollst du richten über deinen Nächsten“ (*Lev 19,15*).

**1304.** – In der alltäglichen Rede sündigen gegen dieses Gebot fünf Arten von Menschen.

Zunächst die Ehrabschneider: „Die Ehrabschneider sind Gott verhaßt“ (*Röm 1,30*). Es heißt „Gott verhaßt“, denn nichts ist für den Menschen so wertvoll wie sein guter Ruf. „Ein guter Name ist besser als kostbare Salben“ (*Koh 7,2*); „Ein guter Name ist besser als großer Reichtum“ (*Spr 22,1*). Die Ehrabschneider aber rauben den guten Ruf: „Wer heimlich anschwärzt, tut nicht weniger als eine Schlange, die in der Stille beißt“ (*Koh 10,11*). Wenn sie daher dem Nächsten den guten Namen nicht wiedergeben, können sie nicht selig werden.

**1305.** – Item qui detractores libenter audit. *Eccli.* XXVIII,28: „Sepi aures tuas spinis, et linguam nequam noli audire, et ori facito ostia, et seras auribus tuis“. Non debet autem homo tales libenter audire: quinimmo debet detrahenti ostendere vultum tristem et torvum. *Prov.* XXV,23: „Ventus Aquilo dissipat pluvias, et facies tristis linguam detrahentem“.

**1306.** – Item susurratores, qui scilicet recitant quidquid audiunt. *Prov.* VI,16: „Sex sunt quae odit Dominus, et septimum detestatur anima eius: (scilicet) eum qui seminat inter fratres discordias. *Eccli.* XXVIII,15: „Susurro et bilinguis maledictus; multos enim turbavit pacem habentes“; et multa quae sequuntur.

**1307.** – Item blanditores, idest adultores. *Psal.* X,3: „Laudatur peccator in desiderii animae suae, et iniquus benedicitur. *Isai.* III,12: „Popule meus, qui beatum te dicunt, ipsi te decipiunt“. *Psal.* CXL,5: „Corripiet me iustus in misericordia, et increpabit me; oleum autem peccatoris non impinguet caput meum“.

**1308.** – Item murmuratores; et hoc maxime abundat in subditis. *I Cor.* X,10: „Neque murmuraveritis“. [...] *Prov.* XXV,15: „Patientia lenietur princeps, et lingua mollis constringet duritiem“.

<XXIX De eodem>

**1309.** – „Non loquaris contra proximum tuum falsum testimonium“. - In hac prohibitione prohibetur omne mendacium. *Eccli.* VII,14: „Noli velle mentiri omne mendacium; assiduitas enim illius non est bona“. Et hoc propter quatuor.

Primo propter Diaboli assimilationem. Talis enim efficitur Diaboli filius. Nam homo ex verbis suis cognoscitur de qua regione et patria sit [...] Item homines quidam sunt de genere Diaboli, et dicuntur Diaboli filii, qui scilicet loquuntur mendacium: quia Diabolus mendax est, et pater eius, ut dicitur *Ioan.* VIII [44]. Ipse enim mentitus est, *Gen.* III,4: „Nequaquam moriemini“. Quidam vero filii Dei, qui scilicet veritatem loquuntur, quia Deus veritas est.

**1305.** – Dann: wer die Ehrabschneider gern anhört. „Verzäune deine Ohren mit Dornen und höre auf keine gottlose Zunge, mache Türen vor deinen Mund und Schlösser vor deine Ohren“ (*Sir* 28,28). Wir dürfen solche Ehrabschneider nicht gern anhören, müssen vielmehr ihnen ein unwilliges und abweisendes Gesicht zeigen. „Der Nordwind vertreibt den Regen und ein abweisendes Gesicht die schmähende Zunge“ (*Spr* 25,23).

**1306.** – Ferner die Ohrenbläser, die alles, was sie hören, weiter erzählen. „Sechs Dinge sind es, die der Herr haßt, und das siebte verabscheut seine Seele: (nämlich) jenen, der Zwietracht austreut unter den Brüdern“ (*Spr* 6,16). „Der Ohrenbläser und der Doppelzüngige wird verflucht; denn unter vielen, die in Frieden leben, richtet er Verwirrung an“ (*Sir* 28,15).

**1307.** – Sodann die Schmeichler. „Der Sünder wird gelobt in den Gelüsten seiner Seele, und der Bösewicht gepriesen“ (*Ps* 10,3). „Mein Volk, die dich selig preisen, die betrügen dich und verderben deinen Weg“ (*Jes* 3,12). „In Liebe mag mich schlagen der Gerechte und mich schelten; des Sünders Salböl jedoch beträufle nie mein Haupt“ (*Ps* 141 [140],5).

**1308.** – Endlich: die Murrenden. Sie finden sich besonders unter den Untergebenen: „Murrst nicht, wie einige von ihnen murrten und durch den Würgengel umkamen“ (*1 Kor* 10,10). [...] – „Hütet euch vor dem Murren, das nichts nützt“ (*Spr* 25,15).

<XXIX Über dasselbe Thema>

**1309.** – „Du sollst kein falsches Zeugnis geben wider deinen Nächsten.“ - Durch dieses Verbot ist jede Lüge untersagt. „Habe nie die Absicht, eine Lüge zu sprechen; denn daran sich zu gewöhnen ist nicht gut“ (*Sir* 7,14).

Die Lüge ist verboten, weil sie uns dem Teufel ähnlich macht. Denn der Lügner wird ein Sohn des Teufels. Wie der Mensch durch seine Sprache verrät, aus welcher Gegend und aus welchem Vaterland er kommt, [...] so sind die Lügner vom Geschlecht des Teufels und heißen seine Söhne. Denn der Teufel ist ein Lügner und der Vater der Lüge, wie der Herr bei *Johannes* (8,44) sagt. Einst hat er gelogen: „Ihr werdet nicht des Todes sterben“ (*Gen* 3,4). Die aber die Wahrheit sprechen, sind Söhne Gottes. Denn Gott ist die Wahrheit.

**1310.** – Secundo propter societatis dissolutionem. Homines enim simul vivunt: quod esse non posset, si simul verum non dicerent. Apostolus, *Ephes.* IV,25: „Deponentes mendacium, loquimini veritatem unusquisque cum proximo suo, quoniam sumus invicem membra“.

**1311.** – Tertio propter famae amissionem. Qui enim assuescit mendaciis, non creditur sibi, etiam si verum dicat. *Eccli.* XXXIV,4: „Ab immundo quid mundabitur: et a mendace quid verum dicetur?“

**1312.** – Quarto propter animae perditionem. [...] *Sap.* I,11: „Os quod mentitur, occidit animam“. *Psal.* V,7: „Perdes omnes qui loquuntur mendacium“. Unde patet quod est peccatum mortale.

**1313.** – Unde advertas, quia ipsorum mendaciorum quoddam est mortale, quoddam veniale.

Mortale autem est mentiri in his quae sunt fidei; quod pertinet ad praeclaros magistros et praedicatores: et hoc gravius omnibus aliis speciebus mendacii: II *Petr.* II,1: „In vobis erunt magistri mendaces, qui introducent sectas perditionis“. Et aliqui aliquando talia dicunt, ut videantur scire: *Isai.* LVII,4: „Super quem lusistis, super quem dilatastis os, et eiecistis linguam? Nunquid non vos filii scelesti, semen mendax?“ Item aliquando mentiuntur aliqui in damnum proximi. [...] Et haec duo mendacia mortalia sunt.

**1314.** – Aliqui autem mentiuntur pro seipsis; et hoc multipliciter. Aliquando ex humilitate. Et hoc in confessione quandoque: de quo ait Augustinus: „Sicut cavendum est ne homo taceat quod fecit, ita ne dicat quod non fecit“.<sup>1</sup> *Iob* XIII,7: „Nunquid Deus indiget vestro mendacio?“ [...]

Aliqui ex verecundiae levitate, cum scilicet quis credit verum dicere, et dicit falsum; et hoc advertens verecundatur retractare. *Eccli.* IV,30: „Non contradicas verbo veritatis ullo modo, et de mendacio ineruditionis confundere“.

<sup>1</sup> Augustinus, *Sermo* 181,4,5 (PL 38,981); Petrus Lombardus, *Sententiae* IV d. 21,8 (ed. Quaracchi II,384, n. 123).

**1310.** – Sodann ist die Sünde der Lüge verboten, weil sie die Bande menschlicher Gemeinschaft auflöst. Die Menschen leben in Gemeinschaft miteinander. Das wird aber unmöglich, wenn nicht alle einander die Wahrheit sagen. „Legt die Lüge ab und redet die Wahrheit einer zum andern, denn wir sind Glieder untereinander“ (*Eph* 4,25).

**1311.** – Auch raubt uns die Lüge unseren guten Ruf. Wer sich ans Lügen gewöhnt, dem glaubt man nicht, selbst wenn er die Wahrheit sagt. „Was kann der Unreine rein machen, und der Lügner, was kann er Wahres sagen?“ (*Sir* 34,4).

**1312.** – Schließlich stürzt die Lüge unsere Seele ins Verderben. [...] „Ein Mund, der lügt, tötet die Seele“ (*Weish* 1,11). „Du verdirbst alle, welche Lügen reden“ (*Ps* 5,7). Hieraus wird deutlich, daß die Lüge eine Todsünde ist.

**1313.** – Doch muß man Lüge von Lüge unterscheiden; einige Lügen sind Todsünden, andere nur läßliche Sünden.

Eine Todsünde ist es, in Dingen zu lügen, die den Glauben angehen. Diese Art der Lüge ist schwerer als alle anderen. „Es wird auch unter euch Lügenmeister geben, die verderbliche Irrlehren einführen, den Herrn verleugnen, der sie losgekauft hat, und schnelles Verderben über sich herbeiführen“ (2 *Petr* 2,1). Oder sie lügen in Glaubensdingen, um als Wissende zu erscheinen: „Über wen habt ihr euren Spaß, über wen klapft ihr den Mund auf und streckt die Zunge aus; seid ihr nicht lasterhafte Kinder, eine Lügenbrut!“ (*Jes* 57,4). Andere lügen dem Nächsten zum Schaden. [...] Diese beiden Arten der Lüge sind schwer sündhaft.

**1314.** – Wieder andere lügen für sich selbst und das auf die verschiedenste Weise. Die einen aus falscher Demut, was wohl in der Beichte vorkommen kann. Von solchen sagt der hl. Augustinus: „Wie der Mensch nicht verschweigen darf, was er getan hat, so darf er auch von sich nicht aussagen, was er nicht getan hat.“ „Bedarf denn Gott eurer Lüge, daß ihr Trug für ihn redet?“ (*Ij* 13,7). [...]

Andere lügen aus leichtfertiger Scham. Da glaubt jemand, die Wahrheit zu sagen, irrt sich aber und sagt etwas Falsches. Er bemerkt es, und nun schämt er sich zu widerrufen. „Liebe auf keine Weise wider das Wort der Wahrheit, und schäme dich, wenn du aus Versehen gelogen hast“ (*Sir* 4,30).

Aliqui ex utilitate, quando volunt aliquid adipisci, vel ab aliquo evadere. *Isai.* XXVIII,15: „Posuimus mendacium spem nostram, et mendacio protecti sumus“. *Prov.* X,4: „Qui nititur mendaciis, hic pascit ventos“.

Aliqui propter alterius commodum, quando scilicet volunt aliquem a morte vel periculo vel damno aliquo liberare: et hoc cavendum est. [...]

Aliqui propter ludum: et hoc cavendum, ne propter consuetudinem ducat ad mortale. [...]

Einige lügen auch um ihres Nutzens willen, wenn sie etwas erlangen oder einer Sache entgehen wollen: „Wir machten die Lüge zu unserer Zuflucht, und den Trug zu unserem Schirm“ (*Jes* 28,15). „Wer sich auf Lügen stützt, der weidet Winde“ (*Spr* 10,4).

Wieder andere lügen zum Nutzen eines Mitmenschen – etwa um ihn vor dem Tode, vor einer Gefahr oder sonst einem Schaden zu bewahren. Auch das ist nicht erlaubt und deshalb zu unterlassen. [...]

Endlich lügen welche auch aus Scherz. Man hüte sich davor, damit nicht eine solche Gewohnheit zur Todsünde führe. [...]